FORMA
ABSOLVTIONIS
ET ORATIONVM

Seruanda à Fratribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

In festis eiusdem Sanctiss. Trinitatis, Cinerũ, Cœnæ Domini, Sanctæ Agnetis secundo, & S. Catherinæ Virg. & Mart.

Auctoritate Apostol. concessa, & approbata.



Romæ, apud Alphonsum de Isola. 1638.

Superiorum Permissu.

Imprimatur, Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Palatij Apostol.

Io. Bapt. Alterius Episc. Cam. Vicesg.

Imprimatur,

Frater Hyacinthus Lupus Socius Reuerendiss. P. Mag. Sac. Palatij Apostolici.

Re-

Reuerendissimo Patri Nostro

P. FR. LVDOVICO PETIT

Decretorum Doctori maiori, & Generali Ministro totius Ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, S.



RAESENTEM libellum, siue absolutionis formam, à Fratribus Ordinis Nostri faciendam, enunciandamque in diebus Cinerum, Feriæ quintæ in Cœna Domini, Sanctissimæ Trinitatis, Sanctæ Cathherinæ Virg. & Mart. ac Sanctæ Agnetis secundo, quamquam ad fidelium pretiosissimo Christi Sanguine Redemptorum vtilitatem, eæ enim assistendo & prout præfertur orando, omnium, & singularum, quæ de inexauribili Sanctæ Matris Ecclesiæ thesauro, Summis Romanis Pontificibus nostræ huiusmodi Religioni, pro Captiuorum Redemptione, diuinitus institutæ, concessæ sunt. Gratiarum, Indulgentiarum peccatorumque remissionum, communicationem, & participationem assequuntur, typis

 man-

mandandum decreui; Attamen non parum beneficiorum receptorum memor, ad eum tibi meo munificentissimo Domino, ac Patrono dandum dedicandumque moueor: vt grati animi signum (cum vltra id, aliud pertingere me posse non video) Fratribus nostris non modo propinquis, verum etiam remotis innotescat. Humanitatem ergo tuam oro atque obsecro, hilari vultu, benignaque manu, eum suscipere ne dedignetur: Pro certoque habeat, Reuerendissimæ Paternitatis Vestræ corde meo, vnicum insculptum esse simulacrum cuius ab omnibus in volumenculo hoc industria ipsius impressum legetur perlegeturque Augustum Nomen. Vale. Ab Vrbe Roma in Conuentu Sanctæ Franciscæ de Triuio 12. Kal. Feb. 1638.

Reuerendissimæ *P. V.*

Humillimus obsequentissimusq; seruus.

Fr. Michael Sebastianus.

BVL-

BVLLA

Confirmationis Priuilegiorum, ac Indulgentiarum Ordinis SS. Trinitatis, Redemptionis Captiuorum.

VRBANVS EPISCOPVS Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Iniuncti nobis Apostolici muneris ratio postulat, vt Religiosorum Ordinum quorumlibet, illorum præsertim qui vt misericordiam consequi mereantur, in illius operibus, cœterisq; præclaris virtutibus exercendis assidua meditatione versantur, paternam curam gerentes, Priuilegia, Gratias, Facultates, & Indulta eis à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, & Sede Apostolica concessa, quo validius perpetuo subsistant Apostolicæ confirmationis munimine roboremus, pro vt conspicimus in Domino salubriter expedire. Exhibita si quidem nobis nuper pro parte dilecti filij Ludouici Petit moderni Ministri Generalis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptio-

nis Captiuorum, petitio continebat, quòd cùm inter omnes vitæ Regularis Ordines quibus administris totum militantis Ecclesiæ corpus ad Christianæ pietatis cultum dirigitur. Dictus Ordo Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, videlicet qui à bonæ memoriæ Ioanne de Mata, & Felice Anachoretis, tunc in humanis agentibus, diuino nutu fundatus, & deinde anno Domini millesimo centesimo nonagesimo octauo à fœlicis recordationis Innocentio Papa III. prædecessore nostro, Pontificatus sui anno primo, institutus, & approbatus fuit; & successiuè ijs pietatis incrementis in corporum animarumque salutem, alijs scilicet redimendis, alijs verò instituendis, alijs autem in fide corroborandis opere, & sermone in dies magisque effloruit, imprimis semper ex omni sui parte adeò conspicuus, & illustris fuerit, vt plurimi Romani Pontifices similiter prædecessores nostri non minus primum illius originem cœlitus reuelatam, quàm pios huiusmodi progressus admirati; Innumeras propemodum in eum Gra-

tias,

tias, Priuilegia, & Indulgentias ex inexhausto Ecclesiæ Dei thesauro Sedis Apostolicæ benignitate deprompta liberalissimè contulerint, & nouissimè, recolendę memorię Paulus Papa V. & Gregorius Papa XV. pariter prædecessores nostri, Gratias, Priuilegia, & Indulgentias huiusmodi Apostolica auctoritate confirmauerint, & approbauerint, prout in diuersis literis Apostolicis desuper expeditis plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, ea quę pluries à Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, firmius subsistere, & ab omnibus melius obseruari soleant pro parte dicti Ludouici nobis fuit humiliter supplicatum quatenus Priuilegia, Gratias, Indulgentias, Indulta, Infrascriptaque alia pro firmiori eorum subsistentia, & obseruatione inuiolabili approbare, & confirmare, alijsque in præmissis opportune prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eorũdem prædecessorum nostrorum vestigijs inhærentes ea quę à Sede Apostolica ad ipsius Ordinis commodum, pro-

pagationem, & decorem prouehendum, vberioresque fructus in vinea Domini proferendos, opportunè cõcessa fuisse dignoscuntur, firma perpetuò, & illibata persistere sinceris ex optamus affectibus, ipsum Ludouicum à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodòlibet innodatus existit, ad effectum præsẽtium dumtaxat consequendum, harum seriæ absoluentes, & absolutum fore cẽsentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula Priuilegia, Immunitates, Exẽptiones, Libertates, Prærogatiuas, Antelationes, Præeminentias, Licentias, Facultates, Concessiones, Innouationes, Fauores, Conseruationes, Declarationes, Dispensationes, Indulgentias, Indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum alijs Ordinibus etiam Mendicantibus Ministro Generali, & alijs fratribus Ecclesijs, Domibus, Conuentibus locis dicti Ordinis

San-

Sãctiſſimę Trinitatis Redemptionis Captiuorum, eiuſdem Ordinis Monialium, ſeu Sororum, Monaſterijs, ſeu Domibus, & Eccleſijs, ac ipſis Monialibus, ſeu Sororibus, & locis eorum in genere, vel in ſpecie etiam per ſolam ſignaturam, & viuę vocis oraculo, aut alias, tàm per præfatos, & alios quoſcumque Romanos Pontifices, etiam prædeceſſores noſtros Sedemque præfatam, quam ſub quacunque forma, & expreſſione verborum conceſſa, ac etiam iteratis vicibus approbata, necnon cũ omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & declarationibus, ac ſingulas deſuper cõfectas litteras, & in eis contenta, ac inde legitime ſecuta, quæcumque, illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis appoſita, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, pro expreſſis habentes, quatenus ſint in vſu, & ſacris canonibus, & decretis Concilij Tridentini non repugnent, illaque hactenus reuocata, aut ſub aliquibus reuocationibus comprehenſa non ſint, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuò

Appro-

Approbamus, & confirmamus, nec non quatenus opus ſit ea omnia, & ſingula innouamus, ac de nouo concedimus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti etiam quantumuis ſubſtantiales defectus ſi qui deſuper forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus, decernentes illa omnia modernis, & pro tẽpore exiſtentibus dicti Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redẽptionis Captiuorum Miniſtro Generali, Prouincialibus, Monialibus, vel Sororibus eorumque Eccleſijs, Domibus, Monaſterijs, & locis prę-fatis, ſuffragari ipſoſque eiſdẽ Priuilegijs, Immunitatibus, Indulgentijs, facultatibus, Libertatibus, Indultis, Exemptionibus, Fauoribus, & Gratijs præfatis etiam per modum communicationis, & extẽſionis eiuſmodi, ac alijs eis quomodolibet conceſſis, quando, & quoties opus fuerit in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè eiſdem modernis, & ſimiliter pro tempore exiſtentibus Miniſtro

ſtro Generali, Prouincialibus, Monialibus, vel Sororibus, Eccleſijs, Domibus, ſeu Monaſterijs Conuentibus, & locis præfatis conceſſa fuiſſent, vti frui, & gaudere poſſe, & debere, ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedis Nuntios iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus fratribus Pariſienſi, & Burgenſi Archiepiſcopis, ac dilecto Filio cauſarũ Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios eaſdem præſentes litteras, & in eis contenta, quæcumque vbi, & quando etiam opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Ludouici moderni, & pro tempore exiſtentium Miniſtri Generalis, Prouincialium, Fratrum, & Monialium prædictorum, ſeu ali-

cuius

cuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obseruare; Ipsosque Ludouicum Modernum, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem, Prouinciales, & Moniales eorumque Ecclesias, Domos, Monasteria, & loca huiusmodi præmissis omnibus, & singulis iuxta eorumdem pręsentium literarum formam continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaquè opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita cõpescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos, sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse seruata forma eiusdem Concilij declarando, & etiam iteratis vicibus aggrauando, in-

uocato

uocato ad hoc si opus fuerit brachij sæcularis auxilio. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis v gore earumdem præsentium extra suam Ciuitatem, & Diœcesim ad iudicium trahatur, necnon Lateranensis Concilij nouissimè celebrati, ijsquè Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis Monasteriorum Locorum, & Domorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Et quia difficilè foret easdē præsentes nostras literas ad singula loca, vbi necesse fuerit deferri; volumus, & simili auctoritate Apostolica decernimus, quod earumdem literarum transumptis, & impressis, ac manu, & sigillo pro tempore existentis Ministri Generalis ipsius Ordinis, seu illius Vicarij, aut Notarij publici, & alicuius Prælati Ecclesiastici, seu Curię Ecclesiasticæ munitis, ac prorsus in iudi-

cio.

cio, & extra, illud fides adhibeatur plenaria, ac in illis stetur in omnibus, & per omnia, sicut originalibus ipsis literis adhiberetur, & præstaretur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Absolutionis, Approbationis, Confirmationis, Innouationis, Concessionis, Roboris, Adiectionis, defectus suppletionis, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcētesimo vigesimo tertio, decimo octauo Calendarum Decembrium, Pontificatus nostri anno primo.

FRA-

FRATER LVDOVICVS Decretorum Doctor, Maior, ac Generalis Minister totius Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captiuorum, à Sanctissimo Domino nostró Papa Vrbano Octauo in eodem vniuerso Commissarius, & Visitator Apostolicus specialiter deputatus, Christianissimæq; Maiestatis Consiliarius, & Eleemosynarius, fidem facio præsentem Bullam eo formali tenore, quo constat verbatim concordare cum originali Bulla Sanctissimi Domini nostri Papæ Vrbani Octaui fœliciter sedentis, sigillata plumbeo sigillo. Actum Parisijs apud Sanctũ Mathurinum sub signis manualibus nostro, Secretarijq. nostri, atque sigillo maioris nostræ Administrationis. Die octauo mensis Iulij, Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto.

Ludouicus Generalis.

De mandato prædicti Reuerendiss. Patris, ac Domini Generalis nostri.

Rall. Secretarius.

HIERONYMVS

Episcopus Sabineñ. S. R. E. Cardinalis Rusticuccius nuncupatus, S.D.N.Papæ Vic.Gen.Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius.

DILECTIS Nobis in Christo Ministris, & Fratribus Ordinis Sãctiss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum salutem, Deiq. benedictionem. Etsi cunctæ Orbis Ecclesiæ sub Sanctorum fundatæ vocabulis sint pia deuotione fideliũ venerandæ, illas tamen, quæ in honorem, & sub vocabulo Sacrosanctæ, & indiuiduæ Trinitatis dicatæ noscuntur eo excellentiori memoria conuenit venerari, quo ipsa Sãcta Trinitas immediatius, & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratiam exauditoris admittit. Cum ergo Ordo Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorũ, nutu diuino, per fel. recor. Innocentium Papam III. sub tali titulo, & nomine institutus esse dignoscatur. Meritò à sancta Sede Apostolica specialibus gratijs, & fauori-

uoribus decoratur. Et Nos, vt Christifidelium deuotio visitandi Ecclesias dicti Ordinis in dies augeatur, necnon ad acquirendas gratias in eisdem cōcessas, eo ferventiùs, & deuotiùs disponatur auctoritate Apostolica à Sanctiss. D. Nostro Papa specialiter nobis concessa, vt preces, & orationes, ac denique absolutionem, quæ in Ecclesijs, & Monasterijs dicti Ordinis diebus Cinerum, Cœnæ Domini, S. Catherinæ Virg. & Mart. dici, & fieri consuetum est, etiam in omnibus festiuitatibus Sanctissimæ Trinitatis dicere, & facere, publicè, & solemniter, tenore præsentium licentiam, & facultatem eisdem Ministris, & Fratribus concedimus, atque impartimur. Quoniam autem Formam Absolutionis prædictæ Viris probis, & doctis nostræ Sacræ Congregationis, auctoritate prædicta examinan. commisimus: ne aliquis scrupulus, siue ambigendi locus circa eam in posterum relinquatur: absolutionem ipsam preces, & orationes modo quo recitari debent, vt euidenter exprimatur, his præsentibus adnotandas duxi-

ximus. Videlicet. *Antiphona*.

Intret oratio mea. *Deinde dicantur septem Psalmi Pœnitentiales in totum, vel in partem, quibus finitis repetitur* Aña.

Antiphona. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine, inclina aurem tuam ad preces nostras. Parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti sanguine tuo pretioso, ne irascaris nobis.

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Saluos fac seruos tuos, &c.

℟. Deus meus, &c.

℣. Mitte eis Domine auxiliũ de Sãcto.

℟. Et de Sion, &c.

℣. Esto eis Dñe Turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eis.

℟. Et filius iniquitatis, &c.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus, &c.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus. *Oratio.*

ADesto Domine supplicationibus nostris, & me, qui etiam misericordia tua primus indigeo, exaudi clementer, vt quē non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ constituisti tui operis ministrum, da fiduciam tui operis exequendi, & in meo ministerio, quod tuæ pietatis est operari. Per Christum, &c.

Oratio.

EXaudi Domine preces nostras, & cōfitentiū tibi parce peccatis, vt quos conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ pietatis absoluat. Per Christum, &c.

Oratio.

PRæueniat hos famulos tuos quæsumus Domine misericordia tua, vt omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per Christum, &c.

Oratio.

PRæsta quæsumus Domine his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiarunt peccando, amissorum reddantur innoxij, veniam consequendo. Per Christum, &c.

Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, nec sit ab his famulis tuis clementiæ tuæ longinqua miseratio, sana, eorumque remitte peccata, vt nullis iniquitatibus à te separari, & tibi Domino semper valeant adhærere. Per Christum, &c.

Oratio.

DOmine Deus noster, qui offensione nostra irasceris, sed satisfactione placaris, respice quæsumus super hos famulos tuos, qui se tibi grauiter peccasse confitentur, tuum est absolutionem criminum dare, & veniam præstare peccãtibus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum, quàm mortẽ. Concede ergo Domine his, vt tibi pœnitentiæ excubias celebrent, & correctis actibus suis conferri sibi à te sempiterna gaudia gratulentur. Per Christum, &c.

Oratio.

DEus humani generis benignissimè conditor, & misericordiosissime reformator, qui hominem inuidia Diaboli ab æternitate deiectum vnici Filij tui sanguine redemisti, viuifica hos famulos tuos,

quos

quos tibi nullatenus mori desideras, & qui non derelinquis deuios, assume correptos. Per Christum, &c. *Oratio.*

MOueant pietatem tuam quæsumus Domine famulorum tuorum hæc lachrymosa suspiria, tu eorum medere vulneribus, tu iacentibus manum porrige salutare, ne Ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur, ne grex tuus detrimentum sustineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ne renatos lauacro salutari, mors secunda possideat. Per Christum, &c. *Oratio.*

TIbi ergo Domine supplices preces cum fletu cordis effundimus, tu parce confitentibus, vt sic in hac mortalitate peccata sua, te adiuuante, defleant, quatenus in tremendi Iudicij die sententiam æternæ damnationis euadant, & nesciant quod terret in tenebris, quod stridet in flãmis, atque ab erroribus ad iter reuersi iustitiæ nequaquam vulneribus saucientur, sed integrum sit eis, atque perpetuũ, quod gratia contulit, & quod misericordia reformauit. Per Christum, &c.

Approbamus, & confirmamus, nec non quatenus opus ſit ea omnia, & ſingula innouamus, ac de nouo concedimus, illiſque perpetuæ, & inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adijcimus, ac omnes, & ſingulos tàm iuris, quàm facti etiam quantumuis ſubſtantiales defectus ſi qui deſuper forſan interuenerint in eiſdem ſupplemus, decernentes illa omnia modernis, & pro tẽpore exiſtentibus dicti Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redẽptionis Captiuorum Miniſtro Generali, Prouincialibus, Monialibus, vel Sororibus eorumque Ecclesijs, Domibus, Monaſterijs, & locis prçfatis, ſuffragari ipſoſque eiſdẽ Priuilegijs, Immunitatibus, Indulgentijs, facultatibus, Libertatibus, Indultis, Exemptionibus, Fauoribus, & Gratijs præfatis etiam per modum communicationis, & extẽſionis eiuſmodi, ac alijs eis quomodolibet conceſſis, quando, & quoties opus fuerit in iudicio, & extra, ac etiam in foro conſcientiæ in omnibus, & per omnia, perinde, ac ſi ſpecialiter, & expreſsè eiſdem modernis, & ſimiliter pro tempore exiſtentibus Mini-
ſtro

ſtro Generali,Prouincialibus,Monialibus, vel Sororibus, Eccleſijs, Domibus, ſeu Monaſterijs Conuentibus, & locis præfatis conceſſa fuiſſent, vti frui,& gaudere poſſe,& debere,ſicque per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos,dictæque Sedis Nuntios iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus fratribus Pariſienſi,& Burgenſi Archiepiſcopis, ac dilecto Filio cauſarũ Curiæ.Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus,quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum per ſe,vel alium, ſeu alios eaſdem pręſentes litteras,& in eis contenta,quæcumque vbi, & quando etiam opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Ludouici moderni, & pro tempore exiſtentium Miniſtri Generalis, Prouincialium, Fratrum,& Monialium prædictorum, ſeu alicuius

cuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistẽtes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes literas, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obseruare; Ipsosque Ludouicum Modernum, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem, Prouinciales, & Moniales eorumque Ecclesias, Domos, Monasteria, & loca huiusmodi præmissis omnibus, & singulis iuxta eorumdem pręsentium literarum formam continentiam, & tenorem pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desuper per quoscunque quomodolibet indebitè molestari, contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaquè opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita cõpescendo, ac legitimis super his habendis seruatis processibus, illos, sententias, censuras, & pœnas huiusmodi incurrisse seruata forma eiusdem Concilij declarando, & etiam iteratis vicibus aggrauando, inuocato

uocato ad hoc si opus fuerit brachij sæcularis auxilio. Non obstantibus piæ memoriæ Bonifacij Papæ VIII. similiter prædecessoris nostri de vna, & Concilij Generalis edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis v gore earumdem præsentium extra suam Ciuitatem, & Diœcesim ad iudicium trahatur, necnon Lateranensis Concilij nouissimè celebrati, ijsquè Cōstitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis Monasteriorum Locorum, & Domorum prædictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, cæterisq; contrarijs quibuscumque. Et quia difficilè foret easdē præsentes nostras literas ad singula loca, vbi necesse fuerit deferri; volumus, & simili auctoritate Apostolica decernimus, quod earumdem literarum transumptis, & impressis, ac manu, & sigillo pro tempore existentis Ministri Generalis ipsius Ordinis, seu illius Vicarij, aut Notarij publici, & alicuius Prælati Ecclesiastici, seu Curię Ecclesiasticæ munitis, ac prorsus in iudi-

cio.

cio, & extra, illud fides adhibeatur plenaria, ac in illis stetur in omnibus, & per omnia, sicut originalibus ipsis literis adhiberetur, & præstaretur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ Absolutionis, Approbationis, Confirmationis, Innouationis, Concessionis, Roboris, Adiectionis, defectus suppletionis, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ, Millesimo sexcētesimo vigesimo tertio, decimo octauo Calendarum Decembrium, Pontificatus nostri anno primo.

FRATER LVDOVICVS Decretorum Doctor, Maior, ac Generalis Minister totius Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captiuorum, à Sanctissimo Domino nostró Papa Vrbano Octauo in eodem vniuerso Commissarius, & Visitator Apostolicus specialiter deputatus, Christianissimæq; Maiestatis Consiliarius, & Eleemosynarius, fidem facio præsentem Bullam eo formali tenore, quo constat verbatim concordare cum originali Bulla Sanctissimi Domini nostri Papæ Vrbani Octaui fœliciter sedentis, sigillata plumbeo sigillo. Actum Parisijs apud Sanctũ Mathurinum sub signis manualibus nostro, Secretarijq. nostri, atque sigillo maioris nostræ Administrationis. Die octauo mensis Iulij, Anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo quarto.

Ludouicus Generalis.

De mandato prædicti Reuerendiss. Patris, ac Domini Generalis nostri.

Rall. Secretarius.

HIE-

HIERONYMVS

Episcopus Sabineñ. S. R. E. Cardinalis Rusticuccius nuncupatus, S.D.N.Papæ Vic.Gen.Romanæq; Curiæ Iudex ordinarius.

DILECTIS Nobis in Christo Ministris,& Fratribus Ordinis Sãctiss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum salutem, Deiq. benedictionem. Etsi cunctæ Orbis Ecclesiæ sub Sanctorum fundatæ vocabulis sint pia deuotione fideliũ venerandæ,illas tamen,quæ in honorem, & sub vocabulo Sacrosanctæ, & indiuiduæ Trinitatis dicatæ noscuntur eo excellentiori memoria conuenit venerari,quo ipsa Sãcta Trinitas immediatius, & perfectius vota fidelium dirigit, & ad gratiam exauditoris admittit. Cum ergo Ordo Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorũ, nutu diuino, per fel. recor. Innocentium Papam III. sub tali titulo,& nomine institutus esse dignoscatur. Meritò à sancta Sede Apostolica specialibus gratijs, & fauori-

uoribus decoratur. Et Nos, vt Christifidelium deuotio visitandi Ecclesias dicti Ordinis in dies augeatur, necnon ad acquirendas gratias in eisdem cõcessas, eo feruentiùs, & deuotiùs disponatur auctoritate Apostolica à Sanctiss. D. Nostro Papa specialiter nobis concessa, vt preces, & orationes, ac denique absolutionem, quæ in Ecclesijs, & Monasterijs dicti Ordinis diebus Cinerum, Cœnæ Domini, S. Catherinæ Virg. & Mart. dici, & fieri consuetum est, etiam in omnibus festiuitatibus Sanctissimæ Trinitatis dicere, & facere, publicè, & solemniter, tenore præsentium licentiam, & facultatem eisdem Ministris, & Fratribus concedimus, atque impartimur. Quoniam autem Formam Absolutionis prædictæ Viris probis, & doctis nostræ Sacræ Congregationis, auctoritate prædicta examinan. commisimus: ne aliquis scrupulus, siue ambigendi locus circa eam in posterum relinquatur: absolutionem ipsam preces, & orationes modo quo recitari debent, vt euidenter exprimatur, his præsentibus adnotandas duxi-

ximus. Videlicet. *Antiphona.*

Intret oratio mea. *Deinde dicantur septem Psalmi Pœnitentiales in totum, vel in partem, quibus finitis repetitur* Aña.

Antiphona. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine, inclina aurem tuam ad preces noſtras. Parce Domine, parce populo tuo, quem redemiſti ſanguine tuo pretioſo, ne iraſcaris nobis.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon.

Kyrie eleiſon. Pater noſter.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Saluos fac ſeruos tuos, &c.

℟. Deus meus, &c.

℣. Mitte eis Domine auxiliũ de Sãcto.

℟. Et de Sion, &c.

℣. Eſto eis Dñe Turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in eis.

℟. Et filius iniquitatis, &c.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus, &c.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Ore-

Oremus. *Oratio.*

ADesto Domine supplicationibus nostris, & me, qui etiam misericordia tua primus indigeo, exaudi clementer, vt quē non electione meriti, sed dono gratiæ tuæ constituisti tui operis ministrum, da fiduciam tui operis exequendi, & in meo ministerio, quod tuæ pietatis est operari. Per Christum, &c. *Oratio.*

EXaudi Domine preces nostras, & cō-fitentiū tibi parce peccatis, vt quos conscientiæ reatus accusat, indulgentia tuæ pietatis absoluat. Per Christum, &c.

Oratio.

PRæueniat hos famulos tuos quæsumus Domine misericordia tua, vt omnes iniquitates eorum celeri indulgentia deleantur. Per Christum, &c.

Oratio.

PRæsta quæsumus Domine his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, vt Ecclesiæ tuæ sanctæ, à cuius integritate deuiarunt peccando, amissorum reddantur innoxij, veniam consequendo. Per Christum, &c.

Oratio.

ADesto Domine supplicationibus nostris, nec sit ab his famulis tuis clementiæ tuæ longinqua miseratio, sana, eorumque remitte peccata, vt nullis iniquitatibus à te separari, & tibi Domino semper valeant adhærere. Per Christum, &c.

Oratio.

DOmine Deus noster, qui offensione nostra irasceris, sed satisfactione placaris, respice quæsumus super hos famulos tuos, qui se tibi grauiter peccasse confitentur, tuum est absolutionem criminum dare, & veniam præstare peccãtibus, qui dixisti pœnitentiam te malle peccatorum, quàm mortẽ. Concede ergo Domine his, vt tibi pœnitentiæ excubias celebrent, & correctis actibus suis conferri sibi à te sempiterna gaudia gratulentur. Per Christum, &c.

Oratio.

DEus humani generis benignissimè conditor, & misericordiosissime reformator, qui hominem inuidia Diaboli ab æternitate deiectum vnici Filij tui sanguine redemisti, viuifica hos famulos tuos,

quos

quos tibi nullatenus mori desideras, & qui non derelinquis deuios, assume correptos. Per Christum, &c. *Oratio*.

MOueant pietatem tuam quæsumus Domine famulorum tuorum hæc lachrymosa suspiria, tu eorum medere vulneribus, tu iacentibus manum porrige salutare, ne Ecclesia tua aliqua sui corporis portione vastetur, ne grex tuus detrimentum sustineat, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ne renatos lauacro salutari, mors secunda possideat. Per Christum, &c. *Oratio*.

TIbi ergo Domine supplices preces cum fletu cordis effundimus, tu parce confitentibus, vt sic in hac mortalitate peccata sua, te adiuuante, defleant, quatenus in tremendi Iudicij die sententiam æternæ damnationis euadant, & nesciant quod terret in tenebris, quod stridet in flãmis, atque ab erroribus ad iter reuersi iustitiæ nequaquam vulneribus saucientur, sed integrum sit eis, atque perpetuũ, quod gratia contulit, & quod misericordia reformauit. Per Christum, &c.

 Hic

Hic non dicitur Oremus.

CONCEDIMVS vobis Fratribus facultatem ex auctoritate Nobis à Pontificibus Romanis indulta, vt cõsequi possitis omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones nostræ huiusmodi sacræ Religioni concessas, iuxtà Priuilegiorum tenores, ab eadem Sede Apostolica obtentorum, sit vobis Omnipotens Deus indultor omnium criminum vestrorum, deleat, atque dimittat omnia peccata vestra Dom. Noster Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic non dicitur Oremus.

DOminus noster Iesus Christus, qui Beato Petro Apostolo dedit potestatem animas ligandi, atque soluendi, ille vos absoluat ab omni vinculo delictorum, vt habeatis vitam æternam, & viuatis in sæcula sæculorum. Amen.

Item communicamus vobis Fratres, Orationes, Ieiunia, Missas, Peregrinationes, & labores pro redimendis etiam Captiuos susceptos, cæteraq. opera bona,

quæ per Dei gratiam in noſtra Congregatione, & ordine fiunt. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

Quam quidem formam, & tenorem prædictorum à quoquam innouari, immutari, ſiue impediri in virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna eo ipſo incurrenda omninò prohibemus, & ſecundum eam, (& non aliter) liceat prædictis Fratribus in futurum prædicta Abſolutione, & orationibus pacificè, & quietè vti frui, potiri, & gaudere, quibuſcunque non obſtantibus. In quorum omnium, & ſingulorum fidem has præſentes noſtras litteras exinde fieri, & per Reuerendiſſimum D. Paulum de Curte Epiſcopum Iſernien. noſtrum Viceſgerentem, necnon per Notarium Curiæ noſtræ ſubſcribi, ſigilliq. noſtri, quo in talibus vtimur, iuſſimus, & fecimus impreſſione muniri. Datum Romæ ex Aedibus noſtris, Anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti M. DC. Indictione decima tertia, die verò vigeſima menſis Maij, Ponti-

tificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini CLEMENTIS Diuina prouidentia Papæ Octaui, Anno eius nono.

Paulus Epiſc. Iſernien. Viceſg.

Loco ✠ ſigilli.

Fauſtus de Barberijs eiuſd. Curiæ Illuſtriſſimi, & Reuerendiſsimi D. Almæ Vrbis Vicarij Not.

DE-

DELLA BENEDITTIONE del Scapulario.

ADiutorium nostrum, &c. Sit nomen Domini, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Domine Iesu Christe, qui tegimen nostræ mortalitatis induere dignatus es: obsecramus tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, quod sancti Patres ad innocentiæ, & humilitatis inditium, abrenuntiantes huic sæculo ferre sanxerunt: ita benedicere, & sanctificare digneris, vt hic famulus tuus (vel famula tua) qui hoc in sæculo vsus fuerit indumento, te induere mereatur. Qui viuis, &c.

SEGVE IL MODO DI DARE il Scapulario.

INduat te Dñs nouũ hominẽ, qui secundũm Deũ creatus es, in iustitia, & sanctitate veritatis. Amen. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Et ne nos, &c. ℣. Saluum fac seruum tuum (vel ancillam tuam.) ℟. Deus meus, &c.
℣. Mitte ei Domine, &c. ℟. Et de Sion, &c.
℣. Esto ei Dñe turris, &c. ℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat, &c. ℟. Et filius, &c.
℣. Benedicamus Patrẽ, &c. ℟. Laudemus, &c.

℣. Domine exaudi,&c. ℟. Dñs vobiscum,&c.

OREMVS.

ADesto Domine supplicationibus nostris, & hunc fam. tuũ (vel hãc fam. tuã), cui in tuo nomine habitũ Religionis imponimus, benedicere digneris, vt te largiẽte deuotus persistat, & vitã consequi mereatur sempiternã. Per Christum, &c. *Oremus.*

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulo tuo (vel famulæ tuæ) in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare vnitatem: quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniatur aduersis. Per Christum Dñm, &c. *Oremus.*

DEus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, &c.

LETANIE DEVOTE de Nostra Signora.

KYrie eleison. Christe eleisõ. Kyrie eleisõ. Christe audi nos. Christe exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, mis.
Sancta Trinitas vnus Deus, mis.
Sancta MARIA, ora pro nobis.

Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo Virginum, ora.
Mater Christi, ora.
Mater diuinæ gratiæ, ora.
Mater purissima, ora.
Mater castissima, ora.
Mater inuiolata, ora.
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Saluatoris, ora.
Virgo prudentissima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis. ora.
Speculum iustitiæ, ora.
Sedes sapientiæ, ora.
Causa nostræ lætitiæ, ora.
Vas spirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas insigne deuotionis, ora.
Rosa mystica, ora.
Turris Dauidica, ora.
Turris eburnea, ora.
Domus aurea, ora.

Fœ-

Fœderis arca, **ora.**
Ianua cœli, **ora.**
Stella matutina, **ora.**
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Consolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Christianorum, ora.
Regina Angelornm, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apostolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.
Regina Confessorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, mis.
Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster, &c. ℣. Ora pro nobis, &c.
℟. Vt digni efficiamur, &c. *Oremus.*

GRatiam tuam, quæsumus Dñe mentibus nostris infunde, vt qui Angelo nuntiãte Christi filij tui incarnationem cognouimus: per passionem eius, & Crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dñm nostrum, &c. Amen.

DE-

DECRETVM

Sacræ Rituum Cōgregationis.

Religionis Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captiuorum.

CVM Ordo Religiosorum Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captiuorum asseratur fundatus, & institutus nutu Dei, ab Innocentio Papa III. in die S. Agnetis Secundo, & ob id totam Religionem Sanctissimæ Trinitatis d. S. Agnetim in Patronam elegisse. Cumque etiam ex antiquo Ordinis instituto, in diebus Sanctissimæ Trinitatis, S. Catherinæ Virg. & Mart. Feriæ quartæ Cinerum, Cœnæ Domini, Benedictio Generalis, seu Indulgentiarum communicatio in toto Ordine fieri soleat, iuxtà formam ab hac Sacra Rituum Congregatione approbatam; P. Præsentatus Hienymus Velez Procurator Generalis to Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redptionis Captiuorum, supplicauit cor

dic

dicto Ordini prædictam Benedictionem, seu Indulgentiarum communicationem, etiam in die S. Agnetis Secundo eiusdem Ordinis Patronæ: Et Sacra Rituum Congregatio concessit, dummodo non immutetur forma Benedictionis iam per hanc sacram Congregationem approbata. Die 17. Iulij 1632.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Loco † Sigilli.

Iulius Rospigliosius Secret.

OCTA-

OCTAVIVS

TIT. S. SABINÆ S.R.E. PRESBYTER CARDINALIS BANDINVS,

Necnon Sanctissimæ TRINITATIS Redemptionis Captiuorum Ordinis Protector.

FIDEM facimus, & atteſtamur Sanctiſsimum D. N. Paulum PP. V. viuæ vocis oraculo, Nobis declaraſſe per Breue Sanctitatis Suæ, datum Romę apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die xxiij. Maij 1606. ſuper reuocatione, ſeu annullatione Indulgentiarum omnibus Ordinibus, & Congregationibus Regularibus conceſſarum, non fuiſſe mentis, & intentionis ſuæ, Indulgentias tàm plenarias, & perpetuas, quàm quaſcunque alias per ſe, & Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, ac Sedem Apoſtolicsm quibuſcumque

que

que Christifidelibus Ecclesias prędicti Ordinis Sanctissimę TRINITATIS Redemptionis Captiuorum visitantibus, hactenus concessas, quæ tunc vigebant, reuocare, & annullare; sed illas in suo robore permansisse. In quorum fidem, &c. Datum Romæ ex ædibus nostris die 3. Mensis Januarij 1609.

Oct. Card. Bandinus Protector.

Loco ✠ Sigilli.

H. Aleander Secretarius.

GAV-

GAUDIA VIRGINIS MARIAE REMEDII.

Quæ cantantur in Vniuersi Orbis Conuentibus Ordinis Sanctiss. TRINITATIS Redemptionis Captiuorum.

GAude Virgo Mater Christi,
Quæ per Aue concepisti
Gabriele Nuntio.
Gaude Virgo, &c.
Gaude, quia Deo plena
Peperisti sine pœna,
Cum pudoris lilio.
Gaude, &c.
Gaude, quia Magi dona
Tuo nato ferunt bona,
Quem tenes in gremio.
Gaude, &c.

Gau-

Gaude, quia iuxta legẽm
Obtulisti mundi Regem
In Templi sacrario.
Gaude, &c.
Gaude, quia tui nati,
Quem dolebas mortem pati
Fulget Resurrectio.
Gaude, &c.
Gaude Christo ascendente,
Qui in cęlos te vidente
Motu fertur proprio.
Gaude, &c.
Gaude Virgo, quia emisit
Paracletum, quem promisit
Sanctorum Collegio.
Gaude, &c.
Gaude, quæ post ipsum scandis,
Et est honor tibi grandis
In Cæli Palatio.
Gaude, &c.
Vbi fructus ventris tui
Per te nobis detur frui
In perenni gaudio.
Amen.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix, remediatrix vniuerſi.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMVS.

INeffabilem, ac immenſam pietatem tuam quæſumus, Creatrix, & Gubernatrix omnium, Sancta, & Indiuidua Trinitas, noſtrorum ſolue vincula peccatorũ, & intercedente Beatiſsima Dei, Genitrice, & Remediatrice Maria, cũ omnibus Sãctis tuis famulum tuum Summum Pon. tificem N. Regem noſtrum N. & nos famulos tuos, atque benefactores noſtros in omni ſanctitate cuſtodi, à vitijs purga, virtutibus illuſtra, pacem tuam, & charitatem nobis tribue, hoſtes viſibiles, & inuiſibiles remoue, carnalia deſideria repelle, fideles Captiuos à Barbarorum manibus eripe, Ciuitatem iſtam cum omnibus in ea habitantibus ab omni Peſte, Fame, Infideliumquè feritate, & potentia illęſam conſerua; Nauigantes à periculis eripe, omnibus fidelibus viuis, & defunctis vi-

vitam, & requiem æternam concede, & cunctum Populum Christianum ab omni aduersitate custodi, & benedictio tua sit super nos semper. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

FINIS.

